

los votos y parabienes, los encomios y alabanzas que ahora la sociedad con entusiasmo os consagra.

\* \* \*

Por último tomó la palabra el Illmo Sr. Arzobispo, y dijo:

“La gratitud, Señores, exige de mí en esta solemne ocasion, y antes de terminar este acto, siquiera unas cuantas palabras.

El pensamiento de las escuelas parroquiales habria tenido que luchar en su ejecucion, como todo buen pensamiento, con dificultades al parecer insuperables; se habria frustrado del todo, ó por lo menos sus resultados no habrian correspondido á nuestras esperanzas, sin la cooperacion eficazísima de la Junta, creada con el objeto de dirigir y vigilar estos establecimientos. Al ilustrado celo y noble actividad de los respetables miembros eclesiásticos y seculares que la componen, así como á la instruccion y empeño infatigable de los dignos preceptores y preceptoras que se hallan al frente de los respectivos planteles, deben éstos su buena organizacion y reglamento, su impulso y adelantos. Reciban unos y otros la sincera expresion de mi gratitud y reconocimiento, ya que no me es posible corresponder de otra manera á tan importantes servicios, cuya digna retribucion se ha reservado para sí, aquel Señor que dijo en su Evangelio: “Cuanto hicisteis en favor de estos pequeñuelos, á mi mis-

mo me lo habeis hecho.” Y ya desde siglos antes anunciaba por boca de uno de sus grandes profetas, cuál ha de ser la recompensa de tan altas acciones, cuando decia: “Los que hubieren sido instruidos en la divina ley, y la hubieren observado con fidelidad, brillarán como la luz del firmamento. Mas los que no contentos con saber para sí solos, hubieren empleado sus luces y doctrina en alumbrar á otros y encaminarlos á la verdad y á la justicia, resplandecerán como estrellas por infinitas eternidades.”

Por lo demas, mio ha sido el deber de procurar el establecimiento y adelantos de las escuelas parroquiales. Porque si el labrador está obligado á sembrar y cultivar la tierra que se le confia, lo está tambien, sin duda, á prepararla y abonarla en su debido tiempo; y la inteligencia y corazon de la niñez son la tierra vírgen, escogida y bendita por las manos del mismo Hijo de Dios, y puesta al cuidado de la Iglesia, para que deposite en ella la semilla del Evangelio, que á su tiempo ha de producir abundantes frutos de verdadera sabiduría y virtudes cristianas.

Niños y niñas, no olvideis jamas lo que debeis á la Iglesia de Nuestro Señor Jesucristo! Fieles y amorosos hijos de tan buena Madre, recibid como hasta aquí, con docilidad su doctrina: aprovechaos de su enseñanza, y no os desvieis en lo mas mínimo de sus preceptos; pues ellos os encaminan á vuestra propia felicidad, á la de vuestras familias y de vuestra patria.”

# COLECCION

DE

## Documentos Eclesiásticos.

Responsable.--N. Parga.

Imp. de N. Parga.

Tom. I.

Guadalajara, Octubre 22 de 1876.

NUM. 16.

### SECCION I.

#### Disposiciones generales de la Iglesia.

**Benedictus Episcopus,  
servus servorum Dei,  
ad perpetuam rei memoriam.**

Pastoralis curae Nobis impositae munus, hanc, inter alias, sollicitudinem à Nobis exposcit, ut pusillorum animis in afflictione, et angustia constitutis opportuna solatia ac remedia afferre non negligamus, quorum ope interiorum conscientiae tranquillitatem recuperare, aut conservare valeant, sine qua impossibile est debitam Omnipotenti Deo servitutem alacri, et prompta affectione exhibere. Hujusmodi angustibus, et afflictionibus confici passim constat Religiosas Mulieres in Claustris degentes, quibus certus, et unicus Sacramenti Poenitentiae, Minister a Monasterii Praelato ad tres ut minimum annos designare solet, cui si aliquando, prae pudore, vel alia quapiam de causa, non omnes, conscientiae suae recessus aperire audeant, atque ideo Confessionis integritati detrahare incipiant, in barathrum perditionis aeter-

nae se ipsas misere conjiciunt. Quod sane haud raro evenire, satis Nobis exploratum atque compertum est, tum ex iis, quae in Apostolicae poenitentiae Officio tractari vidimus, dum olim in minoribus constituti plurium annorum spatio munus Doctoris in Decretis in eodem Officio sustinuimus; tum etiam ex iis, quae in Episcopalis Anticonitanae primum, deinde in Metropolitanae Bononiensis Ecclesiae regimine, frequenti usu cognovimus; tum demum ex his, quae saepius ad Nos in Petri Cathedra octavum jam annum Dei miseratione residentes, deferri contingit, sive ex parte diversarum hujusmodi Monialium, quae animarum suarum angustias paternis oculis Nostris identidem subicere coguntur, sive ex parte Venerabilium Fratrum Nostrorum Ecclesiarum Antistitum, qui Nobis earundem Monialium in suis Dioecibus assistentium calamitates, ex praeallegata causa ortas, aut viva voce, aut per Literas non semel repraesentarunt, ac super ea re Apostolicae providentiae opem postularunt. Hinc est, quod Nos earum spiritualibus indigentibus per hanc Nostram perpetuo valitu-

ram Constitutionem opportune prospicere volentes; non quidem intendimus consultissimam illam, et veteris disciplinae auctoritate roboratam Legem tollere, aut abrogare, qua generaliter statutum esse dignoscitur, ut pro singulis Monialium Monasteriis unus dumtaxat Confessarius deputetur, qui Sacramentales Confessiones universae earum Communitatis excipiat, neque liceat unicuique Moniali peculiarem Confessarium pro libito sibi deligere; sed hoc dumtaxat Nobis propositum est constituere, ut si quando generalis hujusmodi Legis rigor, in peculiaribus casibus, non sine animarum detrimento aut periculo, servari posse videatur, in promptu sit opportuna dispensationis, et indulgentiae remedia occurrentibus necessitatibus admovere.

Sane jamdudum Sanctus Thomas Aquinas Scolaerum Princeps, Ecclesiae Doctor, in *Supplemento tertiae Partis quaest. 8. art. 4. ad sextum*, sive in *quartum Sententiarum*, ex quo Commentario desumptum est hujusmodi *Supplementum*, hoc Superioribus monitum dedit, ut Subditis suis, quibus certum, et unicum Confessarium designare solent, haud difficulter licentiam concedant confitendi peccata sua alteri Sacerdoti; propterea quod multi infirmi, et imbecilles animo reperiuntur, qui potius eligerent sine sacramentali expiatione ex hac vita migrari, quam ipsa peccata certo alicui Sacerdoti a Superiore designato aperire. Jam vero Sacrosancti Concilii Tridentini Patres, hanc legem districte sanxerunt, *sess.*

*25. c. 10. de Regular.* ut Episcopi, aliique Monasteriorum Praelati, subjectis sibi Monialibus Confessarium extraordinarium, duabus aut tribus vicibus in singulos annos, exhibere debeant; per haec verba: *Praeter ordinarium autem Confessorem, alius extraordinarius ab Episcopo, aut aliis Superioribus, bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium Confessiones audire debeat.* Quod quidem non alia de causa praescriptum fuit, quam quia satis constabat nonnullas aliquando Moniales esse, quae nulla ratione adduci possunt, ut aliquod peccatum suum ordinario Confessario confiteantur; adeo ut necesse omnino sit, alterius Confessarii copiam ipsis suppetere, ut apud hunc de peccatis suis integre, rite, atque utiliter confiteri possint. Id ipsum probe animadvertit magnus Ecclesiae Dei Sacerdos Sanctus Carolus Borromaeus, qui praedicti Concilii Tridentini absolutionem ope sua plurimum juit, ejusque executionem, et observantiam in sua Mediolanensi Civitate, et Provincia, non sine immensis laboribus et curis, invexit; Is enim hac de re decrevit: *Praeterea Superiores, ex decreto Sacri Tridentini Concilii, quotannis idoneum Confessorem extraordinarium, Monialibus sibi subjectis exhibeant, cui current, ut universae confiteantur, ut quae hujusmodi indigent medicina, propter aliquem occultum animae morbum, neque ipsae eam postulare, aut accipere ab usitato Confessore unquam auderent, liberius mederi suis*

*malis possint, ac Diaboli laqueos evadere, una cum reliquis Confessario novo sua peccata confitendo, uti legitur est in Actis Ecclesiae Mediolanem. impress. anno 1599. pag. 53. in Editione autem Lugdunensi tom. 1. pag. 46.*

Porro quicumque Conciliaris Decreti sensus penitus introspexerint, non modo salutarem illius providentiam facile agnoscet; sed et circumspectam ejusdem aequitatem mirare debet. Superioribus enim tantummodo injungitur, ut duabus, tribusve vicibus infra annum, Confessarium extraordinarium Monialibus exhibeant; *bis, aut ter in anno offeratur:* Hujusmodi autem Confessarius jubetur earum omnium Confessiones excipere, quotquot eidem confiteri velint: *Qui omnium Confessiones audire debeat.* Neque tamen omnibus, et singulis Monialibus praecipitur, ut peccata sua extraordinario Sacerdoti confiteantur. Nihil aliud enim requiritur ab omnibus in Monasterio degentibus, tam scilicet a Superiorissa caeterisque Monialibus Professis, atque Novitiis, quam a Saecularibus, quae vel educationis causa, vel alio titulo, in eodem Monasterio cum debitis facultatibus commorantur, nisi ut extraordinario Confessario singulae se sistant, sive ad Sacramentalem Confessionem apud ipsum, si placuerit, peragendam, sive ad salutaria monita, etiam extra Sacramentalem Confessionem, ab ipso accipiendam. Atque ita prudentissime consultum est, ne, si Moniales aliquae extraordinarium

Confessarium adirent, aliae autem coram ipso non compararent, suspensiones atque ablocutiones excitarentur; et illae quidem censerentur necessarias abuisse causas, ob quas ad extraordinarii opem confugere coactae essent, aliae vero ab hujusmodi necessitatibus, et causis immunes judicarentur. Quam agendi rationem communi Doctorum calculum comprobata, san. mem. Praedecessor Noster Clemens Papa XI. Edicto suo (quod est *XV et secunda parte ipsius Bullarii*) inviolabiliter servari mandavit, eandemque omnium Dioecesium consuetudo recepit. Nec aliud Nobis hac in re addendum superest, nisi, ut Venerabiles Fratres Nostros Ecclesiarum Antistites enixe hortemur, ut, quamvis Tridentina Synodus de solis Clausuralibus Monialibus in praemisso decreto loquatur, nihilominus eandem disciplina formam observent, tam cum aliis Monialibus, quae licet Clausurae legibus minime adstrictae sint, in communitate tamen vivunt, quam cum aliorum quarumcumque Mulierum, aut Puellarum Coetibus, seu Conservatoriis, quoties tam illae, quam istae, unicum Ordinario Poenitentiae Ministrum a Superioribus designatum habeant. Quaecumque enim circa Moniales in rigorosa clausura viventes cavenda sunt, eadem in aliis quibuscumque Mulieribus, sive Regularibus, sive Saecularibus, in Communitate, aut Collegio degentibus, locum habere possunt; ideoque pari providentia, iisdemque remediis arceri, aut emendari debent. Et Nos quidem, quum hanc

consuetudinem offerendi Confessarios extraordinarios bis, aut ter in anno singulis tam Monialium non Claustralium Communitatibus, quam piis aliarum Puellarum, et Mulierum Coetibus, et Communitatibus, in Nostra Civitate, et Dioecesi Bononiensi induxerimus; [qua de re extat Edictum Nostrum n. LVI. inter Pastorales Institutiones Italico primum sermone a Nobis vulgatas, deindeque in Latinum conversas]: omnibus testari possumus, vel potius debemus, uberem spirituum utilitatum messem Nos inde evidenter collegisse.

Quum vero super relati Conciliaris Textus intelligentia nonnullae quaestiones alias excitatae, eademque jam pridem per opportuna Sedis Apostolicae decreta definitae fuerint; operae pretium ducimus hujusmodi definitiones ab omnibus, ad quos spectat, omnino tuendas, atque servandas, his Nostris Apostolicis Literis complecti, et auctoritatis quoque Nostrae robore communitas, in praedictorum omnium notitiam deducere. Et primo quaesitum fuit, ad quem Superiorem pertineat extraordinarium Confessorem Monialibus deputare, atque offerre: Sed facilis fuit responsio, quam Nos quoque decreto Nostro ratam habemus; hujusmodi scilicet deputationem ad eum regulariter spectare, ad quem pertinet Confessarii Ordinarii electio, et deputatio; ideoque Episcopus, sive Ordinarius Loci, qui Monialibus sibi subjectis Confessarium Ordinarium dare consuevit, idem Confessarium extraordi-

narium bis, aut ter in anno, ad normam Tridentinae sanctionis, eisdem offerre tenetur; Praelatus vero Regularis, ad quem pertinet Ordinarium Confessarium subditis sibi Monialibus, servata apostolicarum Constitutionum forma, designare et constituere; ipse etiam eisdem extraordinarium Confessarium, in vim praefati decreti, et juxta easdem Constitutiones, duobus aut tribus per annum temporibus exhibere potest, ac debet.

Quae tamen ideo *regulariter* obtineri diximus; quia si episcopus aliquis (quod Deus avertat] adeo in ac re negligens esset, ut Monialibus suis, vis terve in anno extraordinarii Confessarii copiam facere praetermitteret; obtendens, ut moris est, nullam ac de re Monialibus ipsis solitudinem, aut curam esse; tum volumus Dilectum Filium Nostrum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem modernum et pro tempore existentem Majorem Poenitentiarum, statim ac pro parte Monialium hujusmodi requisitus fuerit, Ordinarii Pastoris negligentiam supplere debere, eorumque Monasterio extraordinarium Confessarium, ex eorum tamen munero, qui ad exiendas Monialium Confessiones ab ipso Ordinario Loci approbati fuerint, cum omnibus necessariis et opportunis facultatibus, concedere, et deputare. Quod si Praelatus Regularis eandem Concilii legem de Confessore extraordinario bis aut ter in anno Monialibus sibi subjectis exhibendo similiter implere neglexerit; tunc locus fiet Decreto Congregationis Sanc-

tae Romanae Ecclesiae Cardinalium ad ipsius Concilii interpretationem et executionem auctoritate Apostolica deputatorum, quo scilicet eadem congregatio at quaestionem ab Episcopo Vercellensi propositam *Die 23. Augusti anni MDCXXXI.* rescripsit, ut infra: *Episcopus Versellem. supplicat sibi responderit, an deputatio Confessarii extraordinarii Monialium Regularibus subjectarum spectet ad Ordinarium Loci: Sacra Congregatio censuit, ad Episcopum non pertinere, nisi in casu negligentiae eorumdem Regularium: ut videre licet Decretorum lib. XXIV pag. 493.* Nec aliter respondit quaestionibus ab Episcopis Belgii exhibitis *die 6. Aprilis anni MDCXLVII,* ut legitur *Decretorum lib. XVIII pag. 397.* Quae quidem rescripta, et Decreta, Nos etiam praesentium tenore, et Apostolica auctoritate, in omnibus, et per omnia approbamus, et confirmamus.

(Continuará)

## SECCION II.

### Disciplina particular de la Diócesis.

El Illmo. Sr. Arzobispo ha tenido á bien dirigir á los cinco S S. Curas de esta capital, el siguiente oficio, que publicamos para conocimiento de los S S.

párrocos foráneos y por lo que pueda importar su contenido.

Gobierno eclesiástico del Arzobispado de Guadalajara.—Circular.

Con motivo del afecto que en vista de casos extraordinarios que frecuentemente se refieren, tienen muchos fieles á la agua que vierte en la gruta de Ntra. Sra. de Lourdes, confiando piadosamente en que, mediante su aplicacion y las humildes oraciones de los mismos fieles, les alcanzará de Dios la Santísima Virgen, el alivio de sus enfermedades; se está expendiendo á cuatro pesos botella, no se en que tiendas de este comercio, una agua que se dice ser tomada de la referida vertiente; cosa que yo no podré impedir, pero que nunca será de mi aprobacion, por el carácter religioso ó milagrosamente medicinal que se le atribuye á esa agua; pues que si así fuera, no debiera ser objeto de comercio.

En tal virtud, y aunque no negaré la procedencia que se le atribuye á esa agua, me ha parecido conveniente recomendarle á U. que, con la mas esmerada prudencia, les advierta á sus feligreses cuan difícil es que tengan de ello la seguridad correspondiente, para librarse de un engaño, no de parte de quienes vendan aquí el agua de que se trata, sino tal vez de las personas que se las manden de fuera de esta capital.

Ademas será tambien conveniente que U. los instruya sobre el modo y términos en que les será hecha la apli-